(29.*30.) ℟. **Splendida** facta est facies Moysi, dum respiceret in eum Dominus: * Videntes seniores claritatem vultus ejus, admirantes timuerunt valde.
℣. 29. ℣. Cumque descendisset de monte Sinai, portabat duas tabulas testimonii, ignorans quod cornuta esset facies ejus ex consortio sermonis Dei. Videntes.

℟. 7. in Dom. 4. Quadrag.

# EX LIBRO LEVITICO.

Cap. 21. *Præcepta circa Sacerdotes et Pontificem.*

6. **Sacerdotes** sancti incensum et panes offerunt Deo, alleluia.

*Ant.* 4. ad Laud. in Festo Corporis Christi.

6. **Sacerdotes** Domini incensum et panes offerunt Deo, et ideo sancti erunt Deo suo, et non polluent nomen ejus.

*Offert.* in Festo Corporis Christi.
it. in Missa vot. de SS. Eucharistiæ Sacramento.

8. ℣. **Sacerdos** sit sanctus, sicut et ego sanctus sum, Dominus, qui sanctifico vos. Alleluja.

℣. *Allel.* in Missa pro eligendo Summo Pontifice.

10. **Pontifex** sacerdos magnus inter fratres suos, super cujus caput fusum est unctionis oleum, et cujus manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestitusque est sanctis vestibus: [debuit per omnia fratribus similari.[1])

*Grad.* in eadem Missa.

Cap. 23. *Præcepta circa quædam Festa.*

4. 5. 6. ℟. **Isti sunt** dies, quos observare debetis temporibus suis: * Quartadecima die ad vesperum Pascha Domini est: et in quintadecima solemnitatem celebrabitis altissimo Domino.
℣. 1. 2. ℣. Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel, et dices ad eos. Quartadecima.

℟. 1. in Dom. Passionis.

1) Hebr. 2. 17.



**Mense** septimo festa celebrabitis, cum in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti, ego Dominus Deus vester. 41. 43.

*Com.* in Sabbato Quat. Temp. Septembris.

*Merces promissa servantibus præcepta.* Cap. 26.

℣. **Aspiciam** vos, et crescere faciam: multiplicabimini, et firmabo pactum meum vobiscum. 9.

℣. in ℟. 3. *Ecce ab Austro* in Fer. 3. post Dom. 1. Adventus.

# EX LIBRO NUMERI.

*Laudatur Moyses.* Cap. 12.

℣. **Vir iste** in populo suo mitissimus apparuit. 3.

℣. in ℟. 1. *Hic*[1]) *est fratrum amator,* in Feria 3. post Dom. 1. Octobris.

*Deprecatur Aaron pro seditiosis.* Cap. 16.

**Stetit Pontifex** inter mortuos, et vivos, habens thuribulum aureum in manu sua: et offerens incensi sacrificium, [placavit iram Dei, et cessavit quassatio[1]) a Domino. (46. 48.)

*Offert.* in Missa pro vitanda mortalitate.

*Ex Prophetia Balaam de Christo.* Cap. 24.

℟. **Orietur** stella ex Jacob, et exurget homo de Israel, et confringet omnes duces alienigenarum: * Et erit omnis terra possessio ejus. 17. 18.

℟. 2. in Feria 4. (Q. Temp.) post Dom. 3 Adventus.
it. ✝ Expectationis Partus B. M. V.

**Germinavit** radix Jesse,[2]) orta est stella ex Jacob. 17.

*Ant.* 4. in Vesp. et Laud. Circumcisionis Domini.
it. in Laudibus Vigil. Epiphaniæ.
it. in 1. Vesp. Purificationis B. M. V.
it. in Officio B. M. V. in Sabbato et in Off. parvo a Nativitate usque ad Purificationem.

1) Jeremias. 2) Ps. **105.** 30. (Phinees.) 3) Is. **11.** 1.

# SCRIPTURARUM

SCILICET

EX SACRO SCRIPTURÆ FONTE

IN LIBROS LITURGICOS

DERIVATA

COLLEGIT ET EDIDIT

**CAROLUS MARBACH**

EPISCOPUS TITULARIS PAPHIENSIS.



TYPIS FR. XAV. LE ROUX, EPI. ARGENTINEN. TYPOGR.

1907.